viginti pecunia polon in eadem inscriptione Castrensi Premislien debitoria contentis cum omni premissorum iure Dominii et proprietate cumque omnibus et singulis eiusdem inscriptionis conditionibus punctis clausulis articulis vadiis ligamentisque et nexibus generaliter universis eidem inscriptioni appositis summaque praefata utilitatibus fructibus proventibus redditibus emolumentis obventionibus nihil ex premissis pro se et suis successoribus aut alio quopiam reservando seu excipiendo sed prout premissa omnia ipsimet recognoscentes concernebant ac eisdem serviebant Tamen ex nunc et de facto Generoso Stanislao Kowalkowski fratri suo germano et ipsius posteris (accepta ab ipso pro premissis omnibus plenaria et sufficienti satisfactione) cedunt et condescendunt omneque et integrum ius suum premissorum omnium in eundem cessionarium suum et ipsius posteros totaliter et plenarie transfuderunt transtulerunt et incorporaverunt prout presentibus transfundunt transferunt et incorporant presentibus perpetuo. Per ipsum cessionarium suum hoc idem ius cessum premissorum omnium cum universis beneficiis et praerogativis tenendi habendi possidendi summam suprascriptam tollendi levandi percipiendi de levata ac percepta quietandi ac proca si non fuerit soluta iure agendi premissaque omnia tanquam sua propria ad usus suorumque successorum beneplacitos quosvis usus libere et effectualiter convertendi temporibus perpetuis vigore praefati iuris originalis sibi ad premissa omnia servientis et presentis inscriptionis cessionariae et condescensionis Praeterea memorati regnantes Generosi Joannes et Ludovicus Kowalkowscy eidem Generoso Stanislao Kowalkowski fratri suo germano eiusque posteris dant et concedunt plenariam facultatem et omnimodam potestatem inscriptionem praesentem cessionariam ex his Actis Castren authentice depromptam ad Acta quaecunque authentica Regni vim perpetuitatis in se habentia quandocunque voluerit transferendi et transportandi quae transportata tanti valebit acsi per ipsosmet recognoscentes transportaretur praesenti sua recognitione ad premissa mediante

Actum in Castro Premisliensi Feria Quinta post Dominicam

Quadragesimalem Invocavit proxima. Anno Domini Millesimo Sexcentesimo vigesimo Nono. 1629

Jaminski Gierguntowi Tenetur. 87/m

Comparens personaliter Coram officio actisque praesentibus Castren Capitan Premislien Generosus Petrus Jaminski olim Generosi Sigismundi Jaminski filius sanus mente et corpore existens a Terris districtibusque iuribus iurisdictionibusque suis quibus suis propriis et competentibus recedens huic autem iurisdictioni officii praesentis Castrensis Premislien quoad actum praesentem attinet se cum successoribus bonisque suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando et subiciendo palam libere publice ac expressum recognovit. Quia ipse Generoso Adamo Giergonth eiusque successoribus summam mille florenorum pecuniae polon communis monetae et nunc in Regno currentis florenum quemlibet grossis triginta polon computando certi veri iusti et liquidi debiti mutuatque apud se pro se recognoscens pecunia tenetur atque debet. Quam quidem summam suprascriptam mille florenorum pecuniae polon idem recognoscens se suosque successores in et super bonis suis quibuscunque omnibus et summis pecuniariis habitis et habendis praefato Generoso Adamo Giergonth eiusque posteris inscribit et obligat hincque pro die et Festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli proxime et immediate venturo dare solvere et coram officio Actisque praesentibus Castren Premislien reali et in effectu reponere et relinquere repositamque et relictam [illegible] ab eodem officio non [illegible] [illegible] stare vel quovis alio modo impugnare Idque sub vadio similis summae Mille florenorum pecuniae polon [illegible] regnantem Generosum Petrum Jaminski aut eius successores praefato Generoso Adamo Giergonth eiusque posteris [illegible] solutionem summae praefatae principalis et essentialis pro tempore et loco suprae[x]pressis ad solvendum succumbendum Praeterea memoratus [illegible]

Gnosus Petrus Jaminski se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus ac summis pecuniarum quibusvis nunc habitis et in posterum habendis praefato Gnoso Creditori suo eiusque posteris inscribit et obligat praesentibus inscriptionem praesentem debitoream ex his Actis Castren. autentice depromptam ad Acta Terrestria Premislien. ante decursum unius transferre et transportare. Sed sub vadio mille florenorum polon. similis summae monetae et numeri praemissorum per eundem regentem Gnosum Jaminski aut eius successores praefato Gnoso Adamo Dziergonth eiusque posteris ob non transportationem inscriptionis praesentis pro tempore et loco supraexpressis ad solvendum succumbendum vel etiam si id praefato Creditori suo videbitur extunc eidem et illius posteris praefatus regens Gnosus Petrus Jaminski dat et concedit plenariam facultatem et omnimodam potestatem inscriptionem praesentem debitoream ex his Actis Castren. autentice depromptam ad Acta Terrestria Premislien. quandocunque voluerit transferendi et transportandi quae transportata tanti valebit ac si ipsimet regentes transportaretur. Cui quidem transportationi inscriptionis praesentis modo praemisso fiendae praefatus regens se successores resque suas inscribit et obligat non contradicturum immo eandem pro rato et grato susceptum iri sub sub alio simili et speciali vadio mille florenorum pecuniae polon. per eundem recognoscentem Gnosum Jaminski suprascripto Creditori suo eiusque posteris ob contradictionem transportationi inscriptionis praesentis modo praemisso fiendae toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. Pro quibus quidem vadio vel vadiis modo praemisso ad solvendum succubitis ac pro re aliqua principali ex praemissis non completa complendaque praemissis statibus extunc memoratus recognoscens Gnosus Jaminski aut eius successores Ad instantiam praefati Generosi Adami Dziergont aut eius posterorum Ad officium praesens Castren. Capitaneale Premislien. ex bine recessu suprascripto quoad respondendum spectat mediante semper in primo citationis termino tanquam peremptorio stare iuri parere [illegible] lucre inscriptionis huic satisfacere ac omne iudicatum

sati

debebit ac tenebitur seque ac suos successores ad eadem omnia obligat eundem terminum primum peremptorium et alios omnes consequentes Causae eiusque terminos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori minorennitate successorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad [illegible] vel aliis quibusvis citationibus et legalibus impedimentis non defendendo adquietationem ultra proximos Terminos officii praefati Castren. Premislien. dilationem sibi non recipiendo nullasque motiones appellationes ac earundem prosequutiones faciendo ac praemissa omnia poenis simpliciter vel triplicatis occasioni [illegible] suspensionibus fatalibus iuris praescriptione Terrae bello conventionibusque et aliis omnibus iuris remediis et defensis non subterfugiendo. Hac sua praesenti inscriptione ad praemissa omnia mediante.

Kowalkowski Fratribus suis Cedit

Resignatio Comparens personaliter Coram officio Actisque praesentibus Castren. Capitan. Premislien. Gnosus Joannes Kowalkowski Gnosi olim Jacobi Kowalkowski filius Sanus mente et corpore existens a Terrestris districtibus iuribus iurisdictionibus suis quibusvis propriis et competentibus recedendo huic autem iurisdictioni Castren. Capitan. Premislien. quoad actum praesentem attinet se cum successoribus bonisque suis omnibus totaliter plenarie incorporando et subiiciendo palam libere publice ac expresse recognovit Quia ipse de omni et integro iure suo [illegible] summa Sexingentorum Sexaginta sex florenorum et viginti grossorum pecuniae polon. ex summa originali Triummillium sexingentorum Sexaginta sex florenorum et grossorum viginti polon. per Magnificum Nicolaum Raphaelem a Sternberg Kostka in ius rem Sacrae Reginalis Maiestatis Marye burgen. Stargardien. [illegible] Capitaneo sibi regenti Actis praesentibus modo simplicis debiti inscripta solui provenien. nec non et de Inscriptione eadem Castren. Capitan. Premislien. quoad summam praefatam Sexcentorum Sexaginta sex florenorum et viginti grossorum pecuniae polon. spectat et pertinet lateribus de praemissis in se obloquens cum omni praemissorum iure et proprietate inscriptionis praedictae debitorea quoad summam tantum praedictam Sexcentorum sexaginta sex florenorum et grossorum [illegible] pecuniae polon.